



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

32. De 6. V. Consummato est. lo. 19.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

*dabat ei bibere.* Considera, an hæc sit in  
merces illius oris, quod ad nostram salu-  
tem toties apertum fuit, & linguæ illius  
quæ tot documenta dedit, tot ægros cu-  
rauit, tot edidit miracula. Sed Christus  
qui iam pro cæteris peccatis tuis aliis po-  
nis satisfecerat, voluit etiam gulæ &  
temperantiæ medicinam adhibere, &  
quod esu pomi in paradiso erat infectum  
hac amaritudine quasi antidoto purgare.  
1. Considera, nos acetum porrigere Chri-  
sto, cum in rebus ad salutem spectantibus  
sumus tepidi & negligentes: mundo vinum  
merum vinum præbere, cum nulli labori  
parcimus, in honoribus & existimatione  
nominis aucupanda.

## MEDITATIO XXXII.

*De sexto Christi Verbo. Ioan. 19.*

1. **C***um accepisset Iesus acetum, dixit. Consummatum est.* Considera 1. non dictum esse, consummatum est hoc vel illud, sed ab-  
solute, vt scias hac Dominica passionem  
omnia perfecta, tam in cælis, quam in ter-  
ris, tã quæ ad Deum, quam quæ ad homines  
pertinent. Sicut enim peccatum violat  
omnia, ita Christi sanguis restituit omnia.

PASS  
vt discas  
re, & cum  
Domini g  
CON  
rit omni  
Primo en  
tum, pe  
tum, à v  
vel mand  
demptio  
sima obe  
nullum n  
Anima tr  
tum flag  
nis, capil  
& alapis,  
riis, man  
gua felli  
languis r  
apposuit  
plati. In  
fessim  
tas, pati  
tancia &  
CON  
rit om  
enim fir  
liber

vt discas in Christi passione omnia quære-  
re, & cum Apostolo, in nullo nisi in cruce  
Domini gloriari. Gal. 6.

CONSIDERA, quomodo consumma-  
rit omnia quæ ad Deum, vel se pertinebāt.  
Primo enim quicquid à prophetis prædi-  
ctum, per figuras veteris legis præfigura-  
tum, à voluntate æterni Patris decretum  
vel mandatum, quicquid denique ad re-  
demptionem nostram opus erat, pfectis-  
sima obedientia expleuit. 2. quia nulla pars,  
nullum membrum in eo expers crucis fuit.  
Anima tristis fuit ad mortem. Corpus to-  
tum flagris laceratum, caput confixum spi-  
cibus, capilli euulsi, facies deformata sputis  
& alapis, aures vexatæ blasphemiis & iniu-  
riis, manus & pedes transfossi clavis, lin-  
gua fellis & aceti amaritudine imbuta,  
languis totus effusus. 3. extremam manum  
apposuit omnium virtutum speculo & ex-  
emplari. In vita enim & passione elucet per-  
fectissima obedientia, humilitas, pauper-  
tas, patientia, fiducia, fortitudo, perseue-  
rantia & infinita caritas.

CONSIDERA, quomodo consumma-  
rit omnia nos concernentia. Peccatum 3.  
enim finem accepit, debita omnia soluta,  
fidelibus omnia bona comparata, nihil vt 1. Cor.

V nobis 4.

nobis desit in vlla gratia, Ecclesia non  
cum nouo sacrificio, nouis sacramentis,  
legibus erecta, & missione Spiritus sancti  
in æternum confirmata. Sanctorum in lim-  
bo desiderium completum. In malis que-  
que odium iudæorum est finitum, impo-  
rium diaboli euersum, vires eius fractæ  
abyssu catena cōstrictus, nil amplius  
tuendus, sed etiam puerulis irridenda.  
Tu ergo post tanta beneficia, ne sis ingratus,  
sed conformes te eius voluntati.

Thes. *luntas enim eius est sanctificatio nostra,* vt  
quitur Apostolus.

## MEDITATIO XXXIII.

De septimo verbo Domini in cruce. *M.*

27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

E.] **I**ESVS magna voce clamans ait. Con-  
sidera, Christum, quoties Patri pro se lo-  
curus est, exclamasse, ad alios, vel pro aliis  
non item, vt discas magno affectu cum  
Deo agendum, & non aridè vel frigidè  
deinde vt scias illo momento ad omnium  
dolorum culmen peruentum fuisse. 2. cō-

In sidera, cur clamaret orando, nēpe vt in  
Christo careret se vitæ mortisq; Dominum, nec  
pariete, vocata, inquit Naziazenus, mors ausa sus-  
seri.